UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Philippi Cyprii, Protonotarii Constantinopolitani, Chronicon Ecclesiae Graecae

Philippus <Cyprius>

Franeqverae, 1679

47 De diaconis sacris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10949

Visual Library

βαίνει ὁ ἐπίσκοπος ἓν μόδιον σίτου, καὶ μέρος τι οἴνου, καὶ ἐλαίου, καὶ σπελκίου ἐξ ἑκάστου οἴκου ἀπὸ πάσης τῆς ἐπαρχίας αὐτοῦ.

ΚΕΦΑΛ. Μϛ.

Περὶ τῶν ἱερέων.

Οἱ ἱερεῖς δὲ ζῶσι, τινὲς μὲν ἐκ τῶν προσόδων τῶν ἐκκλησιῶν, τουτέστι, τινὲς αἱ ἐκκλησίαι ἔχουσιν ἀγροὺς καὶ ἀμπελῶνας, οἴκους καὶ ἕτερα τοιαῦτα. καὶ ἐξ ἐκείνων ζῶσιν οἱ ἱερεῖς. Ὅπου δὲ αἱ ἐκκλησίαι οὐκ ἔχουσι προσόδους, οἱ ἱερεῖς λαμβάνουσιν ἓν μόδιον σίτου καθ' ἔτος ἐξ ἑκάστου οἴκου, Τὸ δὲ μόδιον συνέχει τὸ τρίτον μέρος τοῦ φορτίου ἑνὸς ἵππου. Καὶ ἄλλως οἱ Ἕλληνες ἔχουσιν ἑορτὰς τοῦ ἐνιαυτοῦ τριάκοντα ἕξ. δυοκαίδεκα καλοῦνται δεσποτικαὶ, τουτέστιν, τοῦ Χριστοῦ καὶ τῆς παρθένου· αἱ δὲ λοιπαὶ εἴκοσι τέσσαρες εἰσὶ τοῦ προδρόμου, καὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ τῶν μεγάλων μαρτύρων. Ἐν πάσαις ταύταις ταῖς ἑορταῖς, καὶ ἐν ἑκάστῃ κυριακῇ, ὀφείλει ὁ ἱερεὺς θυσιάζειν, καὶ ἕκαστος οἶκος δίδωσι τῷ ἱερεῖ δύο δηνάρια, καὶ εὔχεται μερικῶς περὶ ἑκάστου τῶν διδόντων αὐτῷ τὰ χρήματα πρὸ τοῦ ἄρχεσθαι θυσιάζειν. Ἔτι ἐν ταύταις ταῖς ἑορταῖς οἱ Ἕλληνες ποιοῦσι μεγάλας ξενίας, ἐνίοτε ἐν ἑνὶ χωρίῳ ποιοῦσι πέντε ἢ ἓξ ξενίας, καὶ ὁ ἱερεὺς ὀφείλει πορεύεσθαι πρὸς ἑκάστην ξενίαν εὐλογεῖν τὰ παραπθέυμα, καὶ οὕτω διδόασι τῷ ἱερεῖ ἄρτους καὶ κρέατα καὶ οἶνον καὶ ἕτερά τινα, καὶ χρήματα, ὥστε ἀρκεῖσθαι ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ ἕνεκα μιᾶς ἑβδομάδος. Καὶ ἐκ τῶν τοιούτων ἐστὶν ἡ τροφὴ τῶν ἱερέων.

ΚΕΦΑΛ. ΜΖ.

Περὶ ἱεροδιακόνων.

Οἱ ἐν ταῖς πόλεσι καὶ χωρίοις κατοικοῦντες Ἕλληνες, εἰ θέλουσι γενέσθαι ἱεροδιάκονοι, πρῶτον ἄγουσι γυναῖκας, καὶ τότε οἱ ἐπίσκοποι χειροτονοῦσιν ἐκείνους ἱεροδιακόνους. Ἐὰν δὲ θέλει τις μὴ ἄγειν γυναῖκα, δεῖ αὐτὸν πρῶτον γενέσθαι μοναχὸν, καὶ τότε χειροτονοῦσιν ἐκεῖνον ἱεροδιάκονον, καὶ μετὰ ταῦτα οὐκ ἔξεστιν ἐκείνῳ γαμεῖν, ὅτι ἀφορίζουσιν ἐκεῖνον οἱ ἐπίσκοποι.

ctæ ſibi diœceſeos frumenti modium unum, nec non portionem aliquam vini, olei, ſiricii anno quovis colligit.

CAPUT XLVI.
DE
Sacerdotibus.

SAcerdotes ex eccleſiæ reditibus vitam ſuam ſuſtentant, hoc eſt; nonnullæ eccleſiæ agros, vineas, domos, ſimiliaque plura poſſident, & inde ſacerdotes vitæ ſubſidia accipiunt. Ubi vero eccleſiæ nullis reditibus gaudent, ibi ſacerdotibus è domibus ſingulis, ſingulis annis, modius unus frumenti cedit. Continet autem modius tertiam partem oneris, cui ferendo equus ſufficit. Inſuper Græci quolibet anno triginta ſex celebrant feſta. Duodecim ſunt ſumma & ſolemniſſima, utpote quæ Chriſto & Virgini ſunt dedicata; reliqua verò viginti quatuor in honorem præcurſoris, S. S. Apoſtolorum, & magnorum martyrum inſtituta ſunt. Diebus hiſce feſtis omnibus, ut & qualibet dominicâ, ſacrificare tenetur ſacerdos, ubi quævis domus ſacerdoti duo denaria offert, & ſacerdos viciſſim pro ſingulis, qui dona ſua, antequam ſacrificare inciperet, obtulerunt, nominatim apud Deum intercedit. His feſtis Græci ſplendida convivia inſtruunt. & aliquando etiam in pago quinque, quin ſex. Horum quodvis ſacerdos inviſere, & appoſitis benedictionem impertiri tenetur. Pro quo præſtito officio panes, carnes, vinum aliaque nonnulla, ut & pecuniam inde reportat ſacerdos, ita ut & toti familiæ per unam ſeptimanam ſuſtentandæ ſufficiat. Et ex his conſtat ſacerdotum victus.

CAPUT XLVII.
DE
Diaconis ſacris.

GRæci in urbibus & pagis habitantes, ſi diaconorum in ordinem cooptari deſiderant, primò ducunt uxores; hoc facto, ſacros diaconos ipſos creant Epiſcopi. Qui verò matrimonium inire recuſat, illum cucullum prius induere oportet, ac tùm demum deſignatur diaconus ſacer. Poſtmodum verò conjugio ſeſe conſecrare amplius nequit, niſi excommunicationis pœnam velit incurrere.

CAPUT